

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Elfter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1886.

XII.

Compendium

historiae Troianae-Romanae

edidit

H. Simonsfeld.

Die Handschriften zu Dresden und Venedig (2 und 3) des *Chronicon Venetum* (Altinate) (SS. XIV, S. 1) enthalten eine sagenhafte Darstellung der Trojanisch-Römischen Geschichte, die, jenem ursprünglich fremd, wahrscheinlich erst im 13. Jahrhundert abgefasst ist und deshalb in die neue Ausgabe des *Chronicon* nicht aufgenommen werden konnte (nur ein paar Fragmente sind S. 69 N. * angeführt). Das Stück, im *Arch. stor. it.* V, S. 37–46 mangelhaft aus 2 herausgegeben, verdient aber wohl in der Bearbeitung, die ihm Dr. Simonsfeld hat zu theil werden lassen, einen Abdruck. G. W.

Quoniam^a, ut in amicicie libro legitur, amicicia in omnibus rebus est preponenda¹, qua habita, dulcia et adversa sint tollerabilia: tue petitioni, dulcissime H., grave duxi non satisfacere. Non videtur, ubi prope firma amicicia, ibi iuste petitioni negligencia. Sed crebribus carceris, quo detinemur, angustiis frequenter infestamur, tantum antiquissimum negotium aggredi usque modo non fui ausus. Animus enim a pluribus infestatus que scivit, sepiissime fit obliviosus. Tu igitur, amice intime, sapienciam a pluribus te habuisse cognovi; indulgenciam postulo, quatinus de tua amicicia que obhergat me videbatur turba² confisus, antiloquio gaudens, animus valeat accedere securus. Letus nemppe animus ad stulticiam promptus, mestus ad propria fit tardus.

Antiquorum istorias^b scire desiderans, ipsarum principium oportet cognoscere. Scimus, ut in ystoriis legitur, Orpheum^c primum fere sapientem fuisse. Hic dicitur quasi bestiales homines dulcedine verborum suorum in unum congregasse, et primum civitatem et castella fecisse. Antea enim homines ferino cibo utebantur et in speluncis et nemoribus

a) Quoniam — tardus des. 2. b) ystorias 3. c) Orpheum 3.

1) Cicero, Laelius de amicitia V, 17: *ego vos hortari tantum possum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis; nihil est enim tam naturae aptum, tam conveniens ad res secundas vel adversas.* 2) V. Cl. C. Halm fortasse legendum esse censuit: *que objurgatione videbatur turbata.*

nocturno tempore commedebant. Et ideo dicitur Orpheus tam dulciter fistula cecinisse, quod lapis desuper lapidem in edificationem civitatis sue faceret salire, quia hi sermonum eius leporine ferinos homines cogebat^a mirificarent. Qui taliter civitatem constituit, et homines insimul habitare fecit; in qua etiam oraculum edificavit: inde Neptunia menia appellavit. Que post modo^b, a Troiulo eius nepote, Troia appellata fuit. Que^c paulatim crescens, ad immensam magnitudinem devenit. Deinde relique silvestres gentes ab eis exemplum accipientes, in unum convenerunt, et sic civitates et castella fecerunt. Post multum vero tempus, divicias superbiasque facientibus, postea bellis nascentibus, Memorion ab obsidione^d Athenarum^e rediens Troiamque perveniens, Casandram Priami^f sororem subripuit secumque portavit; de qua postea filios genuit. Priamus sibi Ecubam matrimonio copulavit; de qua Hectorem, Troiulum, Paridem et alios liberos habuit. Que cum gravida esset et nondum puerum peperisset, sompniavit¹, se quandam facem concepisse, cuius igne totam civitatem videbat ardere. Que retulit Priamo. Ille autem precepit, ut stultorum est consuetudo virorum quidquid^g habent in corde patefacere mulieri, quidquid^h ipsa pareret, sibi festinanter aduci, quia volebat, etiam si lapis esset, terere ventoque proicere. Tempore pariendi explecto, Ecuba, ut mox² est matrum plus se diligere filium, peperit et vocavit Paridem ipsum, et occulte suo vacario in nemore iussit ad nutriendum dari; et iacintumⁱ pulcherrimum manutergio involutum presentari fecit Priamo: quem ut vidisset, ventoque sufflavit. Bovarius autem predictus custos delicate nutrit puerum, ut debebat suum dominum: qui ut crevit, secum ad armentum portavit eique totum ornamentum gregemque commisit. Grege vero illo custodiente, duodecim latrones insultum fecerunt ac vitulos necare ceperunt. In quos irruit eosque prostravit et spolia eorum presentavit: inde ille gaudens securus eiusque gregem commisit^k. Parvo post transacto tempore, cum^l quidam vicini sui gregis taurus suo cucurrisset in prelium et accidisset ut suum vicisset vicinum; ille nempe recte diiudicans, florum coronam victoris imposuit cornibus: victus improprium^{m.3} taurus in longinquis recessit et maioribus arboribus quas movere nequibat, innixus circa ipsas tam diu pavit, quam usque eas cornibus movere potuit: deinde ad gregem rediit et de victore victoriam habuit. Moxque Paris de capite suo diademaⁿ abstulit et illius fronti constituit. Cuius fama per universa climata divulgata: omnes mirabantur tam recta consilia. Eodem anno copulata est matrimonio

a) congebat 3. b) modum corr. 3. c) qui 2 habere videtur. d) obsidine 3.
e) Athenorum 2. 3. f) Priami 2. g) qui quid habere 2. h) qui quid (Qqd) 2.
i) ras. 2. k) comisit 2. l) deest 2. m) in proprium 2. n) diademū 3.

1) Cf. Hygini fabulam 91. 2) i. e. mos. 3) 'schimpflich'?

Proserpina Perithoy^{a, 1}, et cunctis invitatis diis ac deabus, Discordia, potentissima dea, nuptiis^b interesse non voluit. Set quod plus timetur, levius frequenter incurritur^c. Potentissima illa dea valde indignata, quod nuptiis^b non fuit invitata, ut est ingeniosa, malum aureum fabricavit, et desuper scripsit gram-mata: Pulcriori debetur; ac per tigna domus et laquearia scan-dens, inter convivantes deiecit: propter quod magna lis^d exorta inter Iunonem et Minervam et Venerem. Que diucius alter-cando, et una alteri non consentiendo^e, sed se pulcriorem esse dicendo, tandem convenerunt Paridis iudicio, qui recte diiudi-cans coronam dedit vincenti tauro. Relictis ergo nuptiis^b, properaverunt favere^f sententiae iudicis. Ut nempe convene-runt, et rem per ordinem naraverunt et malum prout erat scriptum dederunt, et ut pulcriori daretur iudicio postula-verunt. Quod se promittens ille factururus, iudicii induciam^g petens, eis scilientia^h tribuit, et altera die redire precepit. Ceteris illis recedentibus, non post multam oramⁱ Venus, prout suis negociis erat studiosa, se nudam Paridi presentavit: quam ut vidit, in eius amore exarsit et illam victricem promisit, si satisfaceret eius petitioni^k. Illa terreno homini commiseri^l non esse licitum dixit; set^m Elenam, pulcherrimam Menelay uxorem, sponndit, si tamen litis victoriam obtineret. Pulcritudine harum deprehensa, Venus pulchrior est iudicata. Cuius con-silio cognitus est a Priamo, et ex nemore portatus est in regale palatium. Qui ut iniuriaⁿ ulcisceretur Casandre, Veneris argumento vel consilio, prout suo semper erat argumento, navem, in quo facta fuerat a loco Argos nomine, diversis mer-cibus oneravit, et sub negociatoris specie Sathynas² trans-fretavit. Ut autem aplicuit et navem ancoris^o erexit velum-que^p calavit, clipeo miro opere fabricatum et alia regalia munera de nave abstraxit^q et Menelao representavit, men-tiend^r, se causa negociationis venisse. Qua propter Menelaus, tanto scelere ignarus, amicabiliter eum suscepit et uxori sue, in expeditionem proficiscens, tanquam sibi in proprio suo pa-latio servire precepit. Ut autem Menelaus recessit^s, Paris adulatoriis verbis, et ut proprie est consuetudo laxivis, Elene loqui cepit. Illa^t sibi suadente divitiis, et Paridi pulchritudine et verborum laxivorum multitudine, eius petitioni condescendit: cum eo navem ingrediens secum Troiam perrexit^u. Tanto scelere Menelao Paride^v perpetrato et per mundi partes divul-

a) Perythoy 3. b) nupciis 3. c) incurrit *cum ras.* 3. d) lite *ras.* 3.
e) conscenciendo 3. f) faver iudicis 3. g) indiciam 2. h) silencia 3. i) horam 3.
k) petioni 2. l) commisceri 3. m) sed 3. n) iniuriam 3. o) anchoris 3.
p) velum 3. q) extraxit 3. r) mentiendio 2; menciendo 3. s) recesit 2.
t) ita corrigo cum priori editore; illo *codd.* u) perexit 2. v) a P. 3.

1) Pirithoo a Iove Proserpinam uxorem destinata fuisse, tradit Hyginus fabul. 79. 2) ἐς 'Αθήνας?

gato, Agamenon conlecto inauditu exercitu navali ac terrestri milicia ad Troie expeditionem perrexit. Navali autem multitudine Tenedo^a applicante, ibique^b per aliquos dies animum confortavit ibique clipeos armavit ibique loricas fricavit^c ibique galeas exornavit. Quadam etiam die, ut mox^d est Grecorum statim post cibum quiescere, dum Nestor in lecto suo cum exercitu omni iaceret, vidit anguem in arbore scandentem et septem filios cuiusdam avis ibi nidificantes conmedentem; quorum morte parentes ulcisci^e volentes et circa ipsum canendo volantes, utrumque idem serpens insuper devoravit. Unde calide^d Nestor coniecit, civitatem per novem annos defendere, sed in decimo esse capienda^e. Coniectione igitur facta, huiusmodi verba narravit per singula et suos viriliter confortavit; et inde exercitum movere fecit et Troiam pervenit et per novem annos civitatem obsedit. Sed belipotens^f Hector dum vixit, Grecorum mores bellando deiecit: unde solers Ulixes cum Achile, Aiace et quibusdam aliis eum cum proditione interfecerunt; et postea infra muros civitatis Troiani se miserunt et eis Greci aliquid nocere nequibant. Postquam se nil profecturos per novem annos viderunt, ad deceptorias artes se verterunt, et ligneum equum ex abiectis^g trabibus et, Ulixis consilio, mire magnitudinis construerunt. In quo Pyrrum^h, Achilis filium, conlecta vehementi multitudine, concluseruntⁱ; et sic in lictore, cuncto exercitu monstrante recedere Tenedo trans fretam^k, reliquerunt^l. Quod cum Troiani summo mane comperissent et ligneum equum ubi^m prius tentoria stabant vidissent, omnes una communiter gaudente, funes equo inposuerunt et, magno muri civitates spatio deiecto, in urbem traxerunt et propter dedecus Grecorum in arce collocaverunt. Qui in equo inclusi milites, in noctis tempestaⁿ egredientes et ignem exercitui monstrantes, civitatem duriter invaserunt. Postquam suorum signum qui Tenedo latebant viderunt, insula relicta properantes, et extrinsibus cavibus, bello^o dederunt; et sic civitatem funditus everterunt.

Eadem nocte, dum adhuc per plateis^p cives cum hostibus iam decertarent, et iam Priamum, Ecubam, Paridem, Andromachem^q, pulcherrimam Hectoris uxorem, et eius liberum Ostionacta truncarent, Enee consanguineus suus apparuit in somnis^r ita vulneratus et pulverulentus, ut fuerat mortuus, ac gemebundus et lamentando singulos dolores, hoc modo dixit: Henea^s, fili^t alme Veneris, fuge; tolle ossa Anchise patris tui et fuge. Si hec civitas esset tuenda, hac mea dextera^u esset

a) Tenebo 2. b) ibi 3 *cum ras.* c) ulcisti 2. d) callide 3. e) capiendam 3. f) bellipotens 3. g) i. e. abietis 3. h) Pyrum 2. i) concluserunt 3. k) fretum 3. l) dereliquerunt 3. m) ubi *bis* 2. n) tempesta 3. o) belo 2; *locus manifeste est corruptus.* p) plateas 3. q) Andromachen pulcherrima 3. r) sompnis 3. s) Enea 3. t) filii al Ven. 2. u) dextra 3.

tuta¹. Set hac mea dextera tueri non potuit; igitur tuenda non fuit. Qui mox de lecto consurgens cum Antenore^a amico, Cayco, Palinuro et quibusdam aliis ossa parentis accipiens cum quatuordecim galeis fugit.

Filosophorum^b verba didici, amico fere leto animo esse bonando.

Quia facultatis Romane inventor in paradoxorum^c refert volumine², munus quod hesit^d in manus dantis nulla meretur gratia, set voluntati archana cordis sede³: igitur, amice dilectissime, satisfacere cupiens, Grecorum istoriam^e compendiose tractavi. Etiam a quo Troia fuit hedificata et a quo non-cupata^f, et a quo destructa fuit, narravi. Igitur a quibus la civitatis^g Italiae fuerunt edificatae, quo scelere et a quibus auctoribus fuerunt destructe, in principio dicere proposui^h, quatinus pro posseⁱ ingenii mei tue caritati valeam dirigere.

Heneas, cum quatuordecim^k galeis triremis, Troia profugus, in Italia^l properans, austro surgente, maris fluctus inmerguntur et ab imo gurgitis lapsi ad superiora levantur. Galee dividuntur, et socii separantur; filius a patre, frater a fratre sequestrantur. Eneas cum quatuordecim galeis insulam Cervorum applicuit^m. Antenorⁿ autem in litore lacum intravit cum septem galeis, ibique civitatem Aquilegiam^o nomine, id est aquis ligata, hedificavit. Descendens igitur Eneas in terram septem cervos occisit⁴; et Lacium petere, fatis^p exigentibus, dixit. Adverso igitur vento deficiente ac prospera aura urgente, vela levavit et fretum insulcare cepit; ac per septem annos vento contrario emitentinus⁵ Eollo^q huc atque illuc depetrante⁶ erravit. Tandem Syracusanam^r Sciciliae civitatem devenit et ibi ossa Anchissi, que portabat, abstraxit et eius anniversarium celebravit: galeas refecit, vela integravit^s, sibi et suis necessaria plurima acquisivit et iter inceptum perficere^t properavit. Iterum velo et remo transfretare cepit et eodem intuyente vento Cartaginem devenit: quam^u de Cipro fugiens Pigmaleonis uxorem, quam Secus frater^v eius interfecerat, constituit; ac ipsum honorifice suscepit seque et sua large representavit. Cum qua iacuit et filium procreavit et quatuor annis

a) Anthenore 3. b) filisophorum 2. c) paradoxorum 2. 3. d) ita 3 corr. et ras.; et sit 2. e) ystoriā 3. f) nuncupata 3. g) civitates corr. 3, ubi deest 'la', quod prior editor fortasse articulum significare haud inepte opinatus est. h) deest 2. i) posce 2; pose 3. k) quatuordecim 3. l) Italiam 3. m) applicavit 3. n) Atenor 2; Anthenor 3. o) Aquilegia 3. p) facis 2. q) ita corrigo cum priori editore; collo codd. r) ita 3 ras. et corr.; Syria cum Mesana 2. s) ita 3 corr.; intragavit 2. t) proficere 2. u) quam — moratus fuit desunt 3 spatio aliquot linearum intermisso. v) ita corrigo; super 2 ut antea fr pro frater.

1) Cf. Vergilii Aeneidos lib. II, 291. 2) Immo L. Annaeus Seneca in libro de beneficiis lib. II, cap. 1. 3) Scil. voluntas in archana cordis sede posita meretur gratiam. 4) Cf. Vergil. Aen. I, 192. 5) eminentius? 6) depredante?

ibi cum suis moratus fuit. Postea ipsam^a dimisit, et eius adiutorio Apuliam petiit et galeas in terram traxit: ibi in litus descendit, et ex ipsis ligneam turrem constituit et^b vallo munivit. Et Latino^c domino Laurenti legatos direxit, ut et eius filiam in matrimonium sibi copularet, quam Turno sponsaverat. Ille sibi eam promisit, et coniugalia dona, scilicet annulum, et mulierem recepit. Quod Turnus ut novit, legatos per omnes partes Italiae^d misit et militum adiuventus multitudine, et concione igitur facta, lamentando huiusmodi verba dicens^e: Audite, viri mei fidelissimi: non sufficit profugis Troianis Grecorum rapuisse uxores, et ob hoc eorum destructa fore civitas^f; sed in Lacium latrocinium intrantes, nostras ceperunt^g rapere uxores. Nos vero non sumus Greci, et eius ex Ilium^h nomine ut fuit civitas Priami, quam ipsi fugiendo tradiderunt inimicis. Utⁱ inde postulo auxilium ad advenas latrones ad nostre terre^k limitem depellere, quatinus uxorem meam valeam habere, et nullus alter alterius coniugem usurparet^l. Ut hoc dixit, unusquisque suas vires promisit. Quidam scutifer per quinquennium domino suo ut^m equum sibi dare servierat et ipsum inpetrare nequibat; audiens Eneam nobileⁿ esse virum, pulcherrimum, bonum militem ac largum donatorem, ad ipsum nocturno tunc tempore fugit, et Turni consilium, equitum numerum, per ordinem recitavit.

Heneas, audita nova, legatos ellegit, qui eius verba propria Tribidis¹ festinanter^o Evandro portarent, et eius amico appolliceretur^p, et si vellet eciam sacramento firmarent, et ut eius auxilium mitere postularent. Pro preteritis necessitatem legati mox properantes, domum Evandri venerunt, et viso domino^q calide percierunt. Evander alte eos suscepit et eorum verba cum magno amore recepit; et Palam, quem unicum abebat filium, cum quatrigenis militibus^r in eius adiutorium misit. Turnus, ut cognovit^s, cum exercitu suo ad Neapoli expeditionem festinat; cum Enea^t et cum militibus suis obviare desiderat^u. Venientibus illis ad locum bellandi, ad invicem concurerunt. Utriusque partis cadunt viri; sternuntur equi, aste franguntur, vexilla cruentantur: hinc et inde nobiles viri iactantes^v sua vulnera lamentantur. Turnus, in armis potens, nobilem Palantem deiecit eiusque capud detruncavit². Heneas, fervens in armis, hostes sternere, et velud leo inter leones laniare non cessat.

a) ipsum 3. b) con v. 3. c) Lavino 2, d) Ytalie 3. e) dixit corr. 3.
 f) civita 2. g) ceceperunt 2. h) ita prior editor; exilium 2. 3. i) unde ras.
 et corr. 3. k) manu recent. superscript. 3. l) audeat usurpare ras. et corr. 3.
 manu recent. m) ras. et corr. 3. n) nobilem 3. o) fertinanter 2; festinantes 3.
 p) pollicerent ras. 3. q) domini cari depercierunt 2. r) gemitibus 2. s) crevit 2.
 t) ras. 3; Eneas 2. u) ras. 3; desiderant 2. v) lactantes 3.

1) Des Tiber, vgl. Vergil. Aen. VIII, 50. W. 2) Cf. Vergil. Aen. X, 480.

Ascanius, Henee filius, ut leo catulus vestigia sequitur matris, ab ea preda capere eiusque sanguinem dixit lambere; ita, patrem imitando, duriter ostes inprimere non quiescit. Durum fuit bellum, et nullus abuit^a plenum triumphum: sed Eneas, propter Palantem quem amiserat, maius habuit dampnum^b. Post vero paucos dies, Ascanius cum quibusdam suis de civitate exiens venatum, secutus est quendam^c cervum cuiusdam galdioni¹ Turni, per mediam vilam est secutus usque in curiam domini sui. Contra quem vilani conclamarent^d, ac armati surgentes et Turnum clamando, cum militibus qui tunc aderant, prelium ceperunt mortalem^e. Heneas, audiens inimicos contra suos arma levasset^f, cum militibus quos habebat, ad suorum adiutorium festinavit et Turnum suos lacerantem invenit. Cui Eneas dixit: O Turne, omnes quiescant, et ego et tu prelium^g comitamus; et quicumque vicerit, alterum^h sibi subiaceat et ulterius de Lavini filia non se intromittat. Quod Turno et suis omnibus placuit. Igitur Eneas et Turnus alternatim concurrunt et lanceis se aspere impetuntur: itaque utrique ad terram deveniunt. Heneas, ut fortis in bello, mucrone alciusⁱ elevato, Turnum percussit in humero, et gulam clipei incisit, quem suspensum tenebat collum. Ut autem sensit ad collum scutum dimissum, arcus se coperuit^k, et coopertus se suis conducere voluit. Quod Heneas intelligens, irruit armato pectore et fortiter mucrone Turnum percussit et, ut monstravit, vitam petenti fere^l donavit. Set baltheum quod Palas, quem occiderat, ut illum viderat cinctum^m, ait: Mihiⁿ dolor est renovatus; iste dies erit tibi supremus. Et sic illum dimisit ad inferos. Postea Latiniⁿ filiam^o per omnes Lacium partes pacifice^p habuit et nullo contradicente retinuit; et cum ea multos annos deiescit^q.

Mortuo itaque Henea, Ascanius eius filius audivit in sompnis: Surge, et circumeas^r terram donec scroffam albam novem albos filios habentem invenias, ibique civitatem Albanum nomine hedificavi^s. Que ut audivit, fecit Albanumque hedificavit et, dum vixit, poscedit^t; ibique duos filios genuit, Anulium scilicet et Munitorem. Ascanio autem defuncto, Anulius unam filiam habuit et Yliam appellavit. Anullio defuncto, Munitor timens, ne partem regni sibi auferret, eam in templo sacra Veste moniale fecit. Que cum Marte^u recubuit; sed, ut venerius³ dicamus, miles fuit, et ex ipso binos concepit filios,

a) habuit 3. b) dampnum 3. c) quedam 2. d) cum clamarent 3. e) mortale 3 corr. et ras. f) levasset 3 corr. et ras. g) c. p. 3. h) alii 2. i) alterius 2. k) cooperuit 3. l) ferre 2. m) michi 3. n) corr. 3, Lavini 2. o) filia 2. p) pacifere 3. q) defecit 3. r) circueas 2. 3. s) hedificabit 3 corr. t) possedit 3. u) marce 2. 3.

1) Vox itala? galeone = Knecht? (Viell. gastaldionis. W. 2) Cf. Vergil. Aen. XII, 941. 3) i. e. verius.

quorum alterum Romulum, et reliquum Remulum appellavit: qui dicuntur a quidam lupa lactati, quæ^a fuerunt a meretrice nutriti. Ut autem creverunt, exilium, id est domus refugii construxerunt, profundo vallo et altis turribus invenientes ac lege donantes, quicumque illuc venirent, a quocumque peccato vel debito aut servitio detemptus, statim factus^b fuerit solutus. Quod latrones, homicide, periurii, paricidi ac servi, adulteri et omni genere peccatorum detenti audientes, tamquam aquam fluentes brevi tempore miro^c modo creverunt; et Sabinorum filias, quæ eos propter predicta peccata aspernabantur, armata manu rapuerunt; et sic et^d ipsas filias habuerunt.

Transactis vero quibusdam temporibus, lis est orta inter geminos fratres de nomine civitatis: alter Romam, alius vero Remulam appellare volebat. Qui diu inter se certantes, ad ultimum convenerunt, ut qui longinquius de agere civitatis salire valeret, ipse urbi nomen imponeret. Romulus in necem fratris intendens, foveam altissimam fodens^e, in qua gladios accutos infixit et desuper cooperuit, et fratrem intus salire fecit; et nomen civitatis secundum suum libitum posuit ac Romam vocavit; quamdiu vixit, possedit et undique eius finem ampliavit. Defuncto Romulo, Tarquinius eius filius pro eo regnavit; qui temperantie modum excedens, a regno deiectus est. Et Numa Pompilius est sublevatus, qui primitus numos invenit. Post ipsum Canulus fuit intronicatus, qui rem publicam augmentare in melius, tanquam sua propria, studebat. Canulus in expeditionem^f proficissens, multas civitates depopulabatur, maximam predam est depredatus; quam non bene pro suis partitus^g, ideo ad^h regno est in exilioⁱ proscriptus. Post ipsum Claudius^k, deinde Tarquinius Superbus rem publicam tenuit et Romanorum dominium habuit: qui propter superbiam et eius filius sceleratam nequiciam, quod nobilem conjugatam violenter adulteravit, ipse mortuus et eius pater de regno fuit eiectus. Deinceps Romani regnum superbia diu tractantes, 12 consules elegerunt, cuius^l publica ad regendum dederunt. Qui bene civitatem regendo, per diversas provincias augmentando divitiis ministrantibus, a iustitia declinaverunt; et ideo cives regni^m superbiam melius quam consulum avariciam sustinere deposuerunt. Qua de re, Flavum regem esse, voluerunt; post ipsum Sylam; deinde vero Marium. Iugurthamⁿ regem Numidarum Romano imperio subiugavit. Cui vero subcessit qui nobiles Romanorum viros occidens, ad^o cerdonibus est interfectus.

Postmodum, unius hominis nequicia faciente, centum senes

a) quia? b) fu. fa 3. c) mire 2. d) ex ipsis filios corr. 3. e) fonde 3.
 f) pedicionem iterum 2. g) partibus 2. h) a 3. i) exilis prescriptus 2.
 k) Cladius 2. l) quibus publica 3. m) regis 3 ras. n) Iugurgatam 2. 3.
 o) a 3.

nobiles viros senatum appellantes, preesse voluerunt. Illi^a vero duodecim tribunos ordinaverunt et insuper tres ditatores civitati ordinaverunt. Deinceps pretores, qui plateis^b civitatis et serviciis regionis preessent, disposuerunt; et alias multas dignitates, secundum officia civitatis, decreverunt. Sed et ditatura^c per quinquenium tribus abendam^d, uni ut iusticie civitatis preesset, alios duos ut reges Romano imperio subiugarent, in analibus libris scripserunt. Eodem tempore dictatura fuit his tribus: Ponpeio, Cesari, Marco^e Crasso. Marcus Crassus missus fuit contra Parthos^f, Romano nomini infestos: qui aurum ab ipsis requirens, et stulte eorum civitatem ingrediens, ab ipsis est interfectus; et omnis Romana milicia in partibus illis remansit, de quibus Turcorum inde^g multitudo exivit. Pompeius, tanquam pater, ad custodiendam civitatem remansit. Cesar^h missus fuit in adiutorium Treverenensiumⁱ, Lotoricorum, Bargodicorum^j, Alobrogum et Francorum; quos Brenus dux Suevorum fere^k subiugaverat. Cum quo bellum inhiit ipsumque depullit; que eius milites in bello cedere viderunt, eius capud detruncaverunt, et Cesari presentaverunt que fecerunt. Sed Cesar, ut^l lectus^m de victoria que non sua fecit spata, finito quinquenio, per alios quinque annos absque senatus precepto stare decrevit, et Teutonicisⁿ bellum annuntiavit. Duobus luxtris explectis, Alpes transendit, in Italia^o repedavit, et arcem edificavit, cuius nomen Verona, id est Veroine^p: et inde nuntios Romam direxit^q, ut eum cum triumpho, sicuti debebant, victorem recipere. Ponpeius, cum senatoribus et cuncto populo, non tantum voluerunt eum recipere, verum et capitali sententia decreverunt subesse. Quod Cesar audiens, collecta militum ac pedestrium delecta^r multitudo iuvenum, armata manu Romam appropinquantes^s et^t vicinum Ariminum invasit. Romani hoc autem^t audientes, ingenti timore perculsi, sicut solet fieri^u, maiora de magnis dicebant, et unus ad^t alteri recidendo^v, ingentem augmentando timore^w. Ponpeius suos terore invasos ut novit, cum sapientibus consilium habuit: et que^z novit timorem in omnibus preliis principium se perdendi, ne civitas devastaretur, Rome bellum committere nolluit; set cum nobilibus et cum toto populo, relicta civitate, Brundisium fugierunt.

Iulius^x Cesar intelligens, Romam ire noluit, set eos sequi decrevit. Brundisium^y igitur veniens, terra et mari eos obsedit et ligneas turres super aratra ad introitum portus hedificavit.

a) ipsi 3. b) platheis 3. c) ditaturam 3. d) habendam 3. e) et M. 3.
f) Parcos 2. g) ī 2; deest 3. h) vero addit 3. i) treūenens 2. 3. k) ferre 2.
l) ras. 3. m) letus 3. n) Teuntonicis 2; Teuthonicis 3. o) Italiam 3. p) ve
rome? 3 q) dixerit 2. r) de electa 3. s) appropinquans corr. 3. t) deest 3.
u) ita 3; fuit 2 (fuerit? fiunt?) v) recitando 3. w) timorem 3. x) . . . ius 2;
quod corr. 3. y) Brundisium 3.

1) Burgundiorum? 2) i. e. quia.

Cesar Romam rediit et erarium spoliavit et suos omnes ditavit; et ibi per unum annum requievit. Alio vero anno, exercitu conlecto, Yspaniam properavit, ut Petreum et Franium, duces faventes Pompeio, debellaret. Duces autem, Cesare^a audientes venire, in arcem se clauserunt. Quod Cesar audiens, tam diu constrinxit, quoad usque siti perituros ad internitionem^b coegit. Ut autem illos subiugavit et vitam illis petentibus dedit, Romam rediit, et conlecto^c exercitu, Pompeiumque sequi destinavit. Igitur Marco Antonio vexilliferro^d suum commisit exercitum: ille^e vero cum paucis festinavit Brundisium. Antonio^e autem mora faciente, Cesar furens et inimicorum consilia scire volens in noctis tempestu domum visitavit cuiusdam nauclerii piscatoris in litore stantis^f. Ad quam dum venit, et eius tectum alga copertum manibus tetigit, ipsum clamavit et unbra quam habebat adversu^g piscandi fecit habitare^h, et secum ipsumque compulit navigare, quoniam Dirachium^h volebat transfretare. Oriente autem flante, maris procelle videbantur ad celos levareⁱ, cum quibus extollebantur et modo ad ima^k maris demergi videbantur. Tandem, volente Deo, ad litus venerunt, et clam ad papilionem^l rediit et cartam direxit, quatinus cicius quod posset Marcus Antonius cum exercitu ad eum festinante^m veniret. Marcus venit, in navigium intravit, ad Dyrachiumⁿ transfretavit^o. Ibi quoque Pompeio cum toto exercitu suo circumdedit muro, ita quod aliquis non poterat exire de castris. Videns autem Pompeius, quoniam hi^p qui moriebantur extra castra portari non poterant, et stercoris fetorem sustinere nequibant, murum rumpere et violenter exercitum ducere ordinavit: quod fecit, et inde Filipis fugit. In qua planicie utrumque deveniunt, et Pompeium^q immensam Grecorum, Sarracenorum, Alemanorum^r, Turcorum, Municorum^s ac Persarum Retenorum^t et aliorum innumerabilium populorum congregavit.

In quos con^s Francorum, Lothoricorum^t, Borgodicorum, Longobardorum, Alemanorum^r ac Suevorum milicia inpectum^u fecit^s et duriter invasit. Pompeiani terga dantes suum dominum in bello^v reliquerunt. Pompeius, cum Marco Tulio, Cato et Cornelia eius uxore, ac duobus filiis eius, Neio Pompeio et Sexto Pompei^w, et cum Romanorum nobilibus multis, amisso bello ad Tholomeum regem Egyti, patriam cui dederat et regnum, fugit. Tholomeus, ut sensit bello Pompeium fugisse et venire ad eius auxilium, suadente Focino et Achyla^x, duobus

- a) Cesarem 3. b) internitionem 2. c) collecto 3. d) vexillo ferro 2.
 e) Antonio 3. f) corr. ex stantes 2. g) adversum 3. h) Dyrachium 3.
 i) levare corr. 3. k) una 2 habere videtur. l) papillionem 3. m) festinanter (?) 3.
 n) Dyrachium 2. o) transfretavit 2. 3. p) hii 3. q) Pompeius corr. 3. r) Alemanorum 3.
 s) cum 3. t) Lothonicorum 2. u) impetum 3. v) belo 2.
 w) Popei 2. 3. x) Achila 3.

1) i. e. ipse. 2) Locum manifeste corruptum prior editor ita emendare nisus est: *cymbam quam habebat ad usum* (?). Cf. Lucanus, *Pharsalia* V, 516 et 521. 3) Morinorum? 4) Ruthenorum? 5) scil. Cesar.

consiliariis eius, vidente coniuge et duobus natis eius, capud^a in litore Babilonie fecit truncare. Neius Pompeius per mediterraneum mare cum Cornelia matre sua fugit ad terram que Nuda¹ vocatur. Sextus Pompeius effectus est latrunculus marinus. Cato cum senatoribus fugit ad regem Iubam. Cesar, collecto campo, barbarorum populo scilicet interfecto, per mensem persequi voluit Pompeium; et Troiam veniens, ibique vilanum^b inveniens arantem, qualis terra esse^c quesivit; cui, Troia esse respondit et, ubi Priami domus fuit, monstravit².

Cesar super Hectoris prudentia motus ibi oraculum ordinavit et orationes facere fecit; et inde abiens Anthiochie alpes transcendit; Babiloniam venit. Cui mayestati^d Tholomeus obviens, caput Ponpei presentavit. Cesar tristis de morte Ponpei, quod libencius vitam quam mortem dare volebat, Tholomeo dixit: Non licuit^e tibi socrum meum interficere; non^f licuit, qui tibi regnum donavit, manum inicere. An non^f licuit tibi in regem Romanorum manum inicere et capite de-truncare? Quapropter et te iubeo capitali sententia esse defferre. Paciens ille laborum, Catonem cum senatoribus usque ad regem Iubam persecutus^g est: cum quibus pugnavit et eos subiugavit ac regem Iubam suspendere fecit, quia contra ipsum arma levavit. Babiloniam iterum rediens cum victoria tribus annis moratus cum Tholomei sororem^h pulcherimam Deopatra: ibique navigium fecit et Marcum Antoniumⁱ ad Neium Pompeium debellandum misit, qui Nude habitabat. Iterum Agripam cum aliis galeis post Sextum Pompeium subiugandum ire precepit. Cesar Romam rediens cum victoria habita omnes suos milites divites fecit: noluit senatores, ditatores, tribunos, consules ulterius esse in civitatem^k; sed solus voluit omnes honores habere.

a) caput 3. b) villanum 3. c) esset 3. d) maiestati 3. e) noli cuit 2.
f) no 2. g) persecutus 2. h) sorore pulcherima Cleopatra corr. 3. i) Antho-
nium 3. k) civitate 3.

1) Numidia? 2) Cf. Lucanus, Pharsalia IX, 961.